



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xij. De suspensionibus contra Episcopos, & Praelatos maiores in iure latis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

14 *Tertium est*, Scilicet violans suspensionem excommunicandus est, ut colligitur ex ca. 2. de Cler. excom. ministr. id quod locum habet, si per contemptum & superbiam suspensionem violat, ut in d. cap. 2. expresse habetur: ex eo autem quod scilicet quis & aduertenter eam violat, certe excusare se nequit, quin eam per superbiam, & contemptum violat.

15 *Quartum est*, Suspendus actum aliquem exercens, qui ad potestatem solius ordinis spectat, actum illum valide exercet, ut si ministrat Sacramentum etiam ordinis, aut Missam celebrat: quia Papa hæc impedire non potest, quod minus facta valeant eo quod ratione Characteris indelebilibus fiant ex Henriquez lib. 1. 3. de excommunic. & susp. ca. 33. §. 1. post Palud. in 4. d. 18. qu. 7. artic. 3. Conclus. 6. & Conclus. 9. ubi ait, Episcopum, qui iure suo confirmat, vel ordinat, a minorum ordinum collatione suspensum, nihilominus confirmando & ordinando verum characterem imprimere: Addidit autem hoc verum esse in eo, qui hæc facit *suo suo*; si enim Papa committat Abbati confirmare & conferre ordines minores, & postea eum ab utroque suspendat, talis, inquit, ordinando vel confirmando nullum characterem confert; immo nihil agit plusquam delegatus a delegante suspensus, qui excommunicatio nihil agit, Male tamen addit Conclus. 5. & Conclus. 9. Episcopum a Papa suspensum a collatione primæ tonsuræ, eam conferendo nihil agere. Ceterum denunciatus de suspensione ab administratione Sacramentorum, si a peccatis mortalibus absolutus, non valet absolutio: quia præter potestatem ordinis Sacerdotalis, requiritur Iurisdictio, ut optime tradit Henriquez lib. 1. 3. cap. 5. §. 5. & cap. 33. §. 1. & §. 2. ubi addit non fuisse, ut nominatim denunciatus sit, si toleratus sit publico errore vulgus id enim conceditur in fauorem aliorum, qui cum sic suspensio participant.

16 *Quintum est*, violans suspensionem in multis casibus irregularis efficitur, ut latius infra dicitur. Prius tamen referendæ sunt suspensiones, quæ in iure communi latæ sunt, quas omnes ad tria capita reducam. Primò enim afferam suspensiones omnes quæ in iure contra Episcopos, & alios prelatos maiores latæ sunt. Secundo eas adducimus, quæ contra Iudices Ecclesiasticos, contra Capitula, & Collegia, necnon contra Religiosos feruntur. Tertio denique suspensiones contra simplices Clericos latas exponemus.

De Suspensionibus contra Episcopos, & Prælatos Maiores in iure relatis. Cap. XII.

S Y M M A R I U M.

- 1 Episcopi, & Prælati maiores suspensionem, aut interdictum virtute cuiuscunque constitutionis, mandati, vel sententiæ non incurrunt, nisi specialiter exprimentur.
- 2 Officium Episcoporum, & superiorum, aliorum officij communi, & generalius est.
- 3 Officium Episcoporum in quibus præcipue consistat.
- 4 Cardinales suspensionem non incurrunt, nisi eorum specialiter mentio fiat.
- 5 Cardinales etiam non Episcopi, Pontificale officium in Ecclesijs suis Titularibus exercent.
- 6 Episcopi, ut suspensionem, vel interdictum incurrant, satis est quod feratur suspensio propter aliquid, quod Episcoporum proprium est, quamvis eorum mentio non fiat per hoc [Episcopi] nomen.
- 7 Episcopos confirmare, & consecrare, ad inferiores Episcopos non pertinet.
- 8 Episcopi, & ipsorum superiores excommunicationem a iure, vel ab homine latam incurrunt, etiamsi eorum mentio specialiter non fiat.

9 Fratres ordinis Prædicatorum ad Episcopatum promoti, & munus consecrationis, priusquam liberos ordini resignent, recipientes, a ministerio Pontificalium eo ipso suspensi sunt.

10 Archiepiscopi, quorum consecratio ab omnibus suffraganeis non est facta, an ab executione officij suspensi sunt.

11 Episcopi olim sine consensu & præsentia Episcoporum Provincialium, & Metropolitanorum consecrati, ab officio episcopali suspendebantur.

12 Episcopi, & superiores prælati cognitioni negotiorum & causis electionum Episcopatum se introuitentes, quando, & quomodo suspensi sunt.

13 Ordinans clericum alienum sine literis dimissorijs ordinarij, a collatione ordinum per annum est suspensus.

14 Ordinans in aliena diocesi sine licentia ordinarij loci ab exercitio Pontificalium per annum suspensus est.

15 Ordinans in aliena diocesi de licentia ordinarij loci personas eidem ordinario non subiectas per annum ab exercitio Pontificalium suspenditur.

16 Episcopi titulares in loco exempto degentes ordinantes, etiam prima tonsuræ, sine licentia ordinarij loci, per annum a Pontificalium exercitio suspensi sunt.

17 Ordinans Sacerdotem indignum a collatione ordinis suspensus est.

18 Episcopus, aut alius infans, vel illiteratus, aut alterius dignitatis homini primam tonsuram, sine licentia, per annum a collatione clericalis tonsuræ suspensus est.

19 Ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuatio ieiunio, duobus ordinibus sacris, ab amborum collatione, ad arbitrium Papæ suspensus est.

20 Ordinans solemniter penitentem, vel bigamum, a celebratione per annum suspensus est.

21 Ordinans religiosum non professum, suspensus est per annum a collatione ordinum illorum, quos contulit.

22 Ordinans aliquem accepto ab eo iuramento, vel promissione, quod ab eo super provisione non molestabitur, a collatione ordinum per triennium est suspensus.

23 Ordinans inuitum, a celebratione Missæ per annum est suspensus.

24 Ordinans Monachum sine proprii Abbatis licentia ab aliorum Episcoporum communione alienus est, seu ipso iure suspensus.

25 Bulla Sixti V. noua circa clericorum ordinationem, quæ, & quot in se contineat.

26 Bulla noua Sixti V. solum de erroribus, & delictis post eiusdem promulgationem in collatione ordinum commissis intelligenda.

27 Episcopus Italicus, tam Italicus, quam Ultramontanum sine literis dimissorijs ordinarij ordinans, suspensus est.

28 Episcopi neque cum promotis per saltum, nec quo ad temporum interstitia hodie dispensare possunt.

29 Episcopus aliquem minus habilem, aut defectum habentem, post adhibitam debitam diligentiam ordinans, penas per Bullam Sixti V. irregularitas non incurrunt.

30 Ordinans alienum sine dimissorijs proprii ordinarij, & a collatione primæ tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus.

31 Episcopus ex prædicta Bulla transgressione suspensionem incurrunt, si postea temerè se in prohibitis ingerat, a regimine ecclesiæ, & fructuum beneficiorum perceptione suspensus est, a solo Papa absolendus.

32 Episcopus circa delicta occulta, & censuras, ac irregularitates ex hisdem provenientes, hodie post Bullam Sixti V. in varijs casibus ibi contentis, dispensare non potest.

- 33 *Episcopi, etiam Cardinales beneficia confidendi in Simoniacam accipientes ab ingressu Ecclesie suspensi sunt.*
- 34 *Episcopi etiam Cardinales, aliquem Ecclesiam cathedralem obtinere patientes, contra Bullam Pij IV. ab ingressu Ecclesie suspensi sunt.*
- 35 *Ordinans seu confirmans indignum astate, scientia, vel moribus, potestate confirmandi primum successorem illius caret, & a perceptione proprii beneficii suspensus est.*
- 36 *Beneficia presertim curata indignis conferentes, a collatione beneficiorum ea vice suspensi sunt.*
- 37 *Episcopi, eorumque superiores vacantium dignitatum, vel ecclesiarum bona occupantes, ab ingressu ecclesie suspensi sunt.*
- 38 *Privilegia omnia de occupandis bonis ecclesiarum vacantium hodie renocantur.*
- 39 *Episcopi, eorumque superiores circa permutationem, & reſignationem beneficiorum peccantes, ab ingressu Ecclesie suspensi sunt.*
- 40 *Episcopi post sex menses a Concilio Provinciali, Abbates, & clericos sibi subditos non convocans, gesta quoque Concilij illis non referens, ab officio per duos menses suspensi sunt.*
- 41 *Episcopus in visitatione ultra debitum aliquid accipiens, quando suspensus censetur.*
- 42 *Episcopus non visitans, & tamē a terris, & ecclesiis procuracionem tempore visitationis debitam accipiens, quando suspensionem incurrit.*
- 43 *Episcopus carnaliter cognoscens eam, quam ante ordinationem in concubinam habuit, ab ordine suspensus est.*
- 44 *Episcopus incendiarijs pœnam relaxans, per annum ab officio episcopali suspensus est.*
- 45 *Episcopus contra Simoniacos procedere negligens ab officio per duos menses est suspensus.*
- 46 *Episcopus [Talmud] Judæorum non faciens comburi an suspensionem incurrat.*
- 47 *Prelati commentaria, glossas, & scholias super Concilij Trident. decretis edentes, ab ingressu ecclesie suspensi sunt.*
- 48 *Episcopi, eorumque superiores, usurarijs manifestis non oriundis, sed alienigenis, ad fœnus exercendum domos locantes, quousque eos expellant, sunt suspensi.*
- 49 *Usurarijs manifestis, alienigenis domus sub titulo pignoris, commodati, aut depositi, concedi non potest.*
- 50 *Episcopi contra iustitiam, prætextu odij, gratia, vel amoris in causa heresis procedere omittentes, per triennium ab officio suspenduntur.*
- 51 *Episcopi, eorumque superiores Magisterijs, seu Doctoratus gradum, nisi sub certa limitatione, per sex menses sequentes a doctorum graduum collatione suspensi sunt.*
- 52 *Episcopi, eorumque superiores etiam si sint Cardinales populo Indicem casuum, & indulgentiarum, ob solutionem certa pecunia publicantes, ab ingressu ecclesie, & perceptione fructuum suarum ecclesiarum suspensi sunt.*
- 53 *Episcopi, eorumque superiores, qualiter ad visitanda limina Apostolorum Petri, & Pauli sub pœna suspensionis obligantur.*
- 54 *Alienantes bona ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum locorum piorum sine Summi Pontificis licentia, ab ingressu Ecclesie suspensi sunt.*
- 55 *Episcopi, & alij, quando ob admissionem resignationum beneficiorum, eorumque collationem seu suspensionem incurunt.*
- 1 **A** *Nequam Suspensiones has in particulari afferamus, Præmittendum est, Episcopos, & Prelatos maiores nunquam incurere ipso iure suspensionem, aut inter-*

dictum virtute cuiusvis constitutionis, mandati, seu sententia nisi specialiter exprimantur, ut habetur expressè in cap. Quia periculosum, de sentent. excommunic. lib. 6. ad dict. Caldeus in tract. de interdicitis pa. 1. membr. 1. num. 8. nec in iuris, nec hominis sententias incurere Episcopos, nisi specialiter exprimantur. Quod verum est & iuris, evidenter colligitur ex d. capitul. Quia periculosum, ubi non fit mentio Constitutionis, quæ ad ius pertinet, & sententia, & Mandatum est hominis, & idem significat glo. in d. cap. Quia periculosum, in verbo, Constitutionis, & in verbo Sententia & in verbo Mandati Idem habetur in c. si compromissarius. §. huiusmodi quoque pœna de elect. libro 6. & ibi glo. in verbo, De iure, & in capitul. compromissarius, §. iterum, in verbo, suspensos, eod. titu. & libr. Palud. 4. dist. 18. quaest. 7. artic. 1. Tabiena, in verbo, suspensio, num. 8. vers. Septimo, in fine. Simon Maior, de Irregular. lib. 3. cap. 19. num. 26. Alphonsus Viuald. in suo Candelabro aureo, tit. de suspensione, num. 168. & Cosmus Philatichus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 1. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 161. vers. Quinto dico, Vgolin. Tab. 4. cap. 8. §. 3. num. 2. cuius rei rationem glo. in d. c. si compromissarius, §. huiusmodi, in verbo, de iure hanc esse existimat, quia spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt, quia habent se ut conuex. 1. 1. quaest. 3. cap. si quis obierit & ca. Saluator, & esset verecundum Episcopos mendicare, arg. cap. ad supplicationem, de renunciat. Quæ tamen ratio non valet, cum etiam in Clericis inferioribus locum habeat, quandoquidem & ipsos mendicare non decet, ut habetur in Cone. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. & ne id contingeret, ibi prospexit.

Verior igitur ratio est, ne hac occasione Pontificalis officij executio facile impediretur, Quia enim officium Episcoporum & superiorum communius & generalius est, & plures grauantur si illud frequenter impediri contingeret, ut Innocentius Papa IV. in d. cap. Quia periculosum, de sentent. excommunic. lib. 6. annotauit, optimo consilio idem Pontifex statuit, ne Episcopi, & eorum superiores in suspensionem, aut interdictionem inciderent, nisi ipsorum expressa mentio habeatur. Quia Constitutione Papa non tam Episcopis ipsis, quam ipsorum subditis providere voluit. Constituit enim ipsorum officium in Chismatione, Ordinum collatione, Ecclesiarum & altarium Consecratione, unde magnum periculum esset in frequenti ipsorum suspensione, id quod locum habet non solum in ipsis Episcopis, sed etiam in eorum superioribus, scilicet in Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus, ex glo. in d. cap. Quia periculosum, in verbo, superioribus, & in verbo, de Episcopis Innoc. & DD. ibi, de sentent. excommunic. lib. 6. Item, in Cardinalibus locum habet privilegium hoc, non solum si Cardinales Episcopi sint, ex Gemin. in d. capit. Quia periculosum, num. 4. Ancha. & Philip. Franc. ibi, & Vgolin. Tab. 1. cap. 17. §. 7. num. 12. sed etiam si Episcopi non sint, ut iudem DD. testantur, quandoquidem, & ipsi exercere habent Pontificale officium in suis Ecclesiis Titularibus, ut habetur in c. His, quæ de maior. & obed. & superiores etiam sunt Episcopi, licet non ordine, dignitate tamen, quam maxime respicit privilegium hoc, ut communiter tradunt Doctores. Procedit etiam privilegium hoc a quocunque Constitutio huiusmodi, Sententia, aut Mandatum emanet, etiam a Papa, vel a Legatis a latere, aut alio quouis Ecclesiastico Iudice feratur, & siue suspensio ab officio, siue a beneficio lata sit, ut habetur in cap. si compromissarius, §. huiusmodi quoque, de elect. lib. 6. & not. glo. ibi, in verbo, de iure, & Anchar. num. 3. & eadem glo. in cap. Quia periculosum, in verbo, officij, de sentent. excommunic. lib. 6. Vgolin. ubi supra.

Illud tamen advertendum est, quod ad hoc, ut Episcopi incurant suspensionem, vel interdictionem, non est necessarium ut specialis mentio eorum fiat per hoc, non Episcopi, aut aliud simile sed satis est si ex sensu, & contextu Canonis & sententia colligatur comprehendit Episcopos, ut si feratur suspensio propter aliquod proprium Episcoporum, tunc enim idem est, ac si essent expressi Episcopi, ut in c. si quis ordinaverit, de Simon. fertur suspensio contra eum, qui ordinavit aliquem sub promissione, de non petendo ab ip

lo promotionem; Ordinare autem est solius Episcopi; & proinde suspensio hæc Episcopos concernit, quamvis illos non nominet.

7 Deinde, etiam si suspensio aliqua feratur, que suspendat ab aliquo actu proprio Episcoporum suspensio illa Episcopos concernit, ut in cap. prouida, de elect. lib. 6. suspenduntur a Consecratione, & Confirmatione Episcoporum per annum continuum Indices Ecclesiastici, qui post recessum appellationis reiecte ad curiam in causis electionum Episcopatum, non inquisito an prauitas Simoniaci intercesserit, sic electum Confirmant, vel Consecrant; Confirmare autem, & Consecrare Episcopos, non pertinet ad inferiores Episcopos; & ideo quamuis fiat mentio Iudicium tantum, Decretum illud in Episcopis, & eorum superioribus locum habet.

8 Quibus omnibus addo ex glo. in cap. Quia periculosum in verbo suspensionis, de senten. excomm. lib. 6. & Palud. 4. d. 18. quest. 7. art. 1. privilegium hoc, ne scilicet Episcopi, & ipsorum superiores suspensionis, aut interdicti censuras incurrant, nisi expressa mentio de eis fiat, nõ extendi ad excommunicationem, quin eam incurrant, siue ab homine, siue a iure feratur, etiam si ipsorum mentio specialim non fiat, ut etiam glo. c. 1. in verbo Prelatus, de homic. lib. 6. testatur, & est communis DD. sententia. His ita præmissis suspensiones ipsas contra Episcopos latas asseremus, que omnes commodè ad quatuor præcipue capita reduci possunt.

PRIMUM CAPVT.

Ex parte ipsius promotionis, & Consecrationis Episcopalis, & ita Episcopi incurrunt suspensionem ex sua promotione in his casibus sequentibus.

9 Primus est, Fratres Ordinis Predicatorum promoti, vel assumpti ad Episcopatus, uel alias prælaturas, si prius recipiant inuus Consecrationis quam resignent Ordini libros, & alia que habent tempore sue promotionis, eo ipso sunt ab executione Pontificalis ministerij suspensi, ut habetur in quodam privilegio Clementis IV. quod incipit Prudentia, ut refertur a S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. & Viualdo ut, de Suspens. num. 65. seu Clementis V. ut refertur a Syluestro, verbo Suspensio, Casu 3. Quam suspensionem, Burgasius in tract. de Irregul. par. 6. tit. de sent. suspens. nu. 13. ait postea ad omnes Claustrales etiam non Mendicantes extensam fuisse; non tamen refert a quo Pontifice, aut quo tempore facta fuit, nec unde illam accepit, unde valde dubito de hac re.

10 Secundus est, Archiepiscopi quorum ordinatio, seu consecratio ab omnibus Suffraganeis non est facta, ab executione officij suspensi sunt, cap. Archiepiscopus, distinc. 66. ubi dicitur, quod talis ordinatio est irrita, id est, ex glo. in verbo irrita, irrita est, quoad officij executionem, qui loquendi modus antiquissimus est in Canonibus. Non enim intelligi potest, quod substantia ordinationis sit irrita, id est, non conferat ipsum ordinem, ex eorum uni omnium consensu. Hic tamen casus iam in usu non est, unde communiter ab auctoribus in recensendis Censuris præterminatur.

11 Tertius est, Episcopi consecrati sine consilio, & præsentia Metropolitanæ, & sine consensu Episcoporum Provincialium saltem per litteras præstito, suspensi sunt ab officio Episcopali, c. Non debet, & cap. Episcopus, dist. 65.

SECUNDVM CAPVT.

Ex parte collationis ordinum, & ita incurrunt Episcopi suspensionem in his casibus.

12 Primus est, Iudices Ecclesiastici, id est, Episcopi, & superiores Prelati, qui se introuertunt de cognitione negotiorum in causis electionum Episcopatum, quando antea ad Papam est appellatum, aut qui confirmationem, aut consecrationem conferunt electis post talem electionem; & si-

miuter si paribus recedentibus, ab appellatione eam conferant, nisi prius inquirant an partes aliqua prauitate interueniente a dicta appellatione recesserunt, per annum continuum a confirmatione, & consecratione Episcoporum suspensi sunt, capitulo Prouida, de electio. libro sexto.

Vbi Notandum est ex glo. in d. capit. prouida, in verbo In quo. Palud. 4. d. 18. quest. 7. art. 1. casu 4. Angelica verbo suspensio, casu 12. num. 13. Syluestro verbo. Suspensio, c. 6. versic. Duodecimo. Alphonso Viualdo ut, de suspens. nu. 119. Tabiena verbo. Suspensio, num. 7. versic. Sexta, casu 10. Quod si huiusmodi Episcopi post prædictam appellationem solum confirmant Episcopum, a sola confirmatione Episcoporum suspensi sunt; Sin autem confirmant & consecrant, sic sunt ab vtraque suspensi, si vero neutrum fecerint, licet in causa processerint, a neutro suspensi sunt. Deinde, ut notat Palud. Suspensi solum sunt tales Episcopi a confirmatione, & consecratione Episcoporum, unde non obstante tali suspensione, Abbates confirmant, & consecrant, & Abbatias benedicere possunt; quia dicitur ibi, ut in eo, in quo peccauerint, puniantur.

13 Secundus est, Episcopus ordinans Clericum alienum sine literis dimissorijs ordinarij a collatione ordinum, per annum suspensus est, & postquam suspensio fuerit manifesta poterunt subditi sui absq; ipsius licentia a vicinis Episcopis ordines recipere, cap. Nullus, & c. eos, de temp. ord. lib. 6.

Quæ sanè pœna iusta est, ut sicut ipse alienos, sine licentia ordinarij sic & sui sine eius licentia ordinentur, ex glo. ibi in verb. Taliter. Idem statuitur in Concil. Trid. Sess. 23. de reform. cap. 8. ubi etiam additur, quod Clericus sit ordinatus a susceptorum ordinum executione, quamuis proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Hunc eundem casum ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensio, cap. 4. & Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 29. Henricus lib. 13. de excomm. & suspensio, cap. 3. §. 1. Vgolin. Tab. 4. cap. 3. Palud. 4. d. 18. quest. 7. art. 1. casu 1. & Michael de Palacio in 4. d. 5. & 6. disp. 1. ad 7. Tolet. lib. 1. ca. 15. Circa quem casum Notandum est.

Primo, ex Palud. cit. Quod ex eo quod non distinguitur quem ordinem contulerit, Sacrum, vel non Sacrum, dicendum est non solum ab ordine quem contulit, sed etiam a collatione omnis ordinis suspendi, iuxta ea, que diximus cap. 4. in quinto modo, & notat gloss. in d. cap. eos, in verbo ordinum.

Secundo cum in d. c. eos, sermo sit de Episcopo ordinante Clericum alienum supponit eum esse Clericum saltem tonsuratum; unde si primam tantum tonsuram laico alterius diœcesis conferat, non incurrit Episcopus suspensionem a collatione ordinum, sed solum a collatione primæ tonsuræ, arg. cap. Nullus, de temp. ordin. lib. 6. Et quatenus Trident. ubi supra explicat hoc de ordinante simpliciter, & non restringit se ad ordinantem Clericum, ut propterea dubitari possit, an saltem ex virtute decreti huius, Episcopus conferens alieno primam tonsuram a collatione omnium ordinum suspensus sit, & consulenda sit congregatio Cardin. qui Concilio Trident. interpretato præhærentur; Nihilominus tamen, valde mihi probabile est, iuxta ea, que diximus hunc non nisi a collatione primæ tonsuræ suspensum esse, etiam si glo. in d. cap. eos, in verbo ordinare, & in ca. Nullus, in verb. Homini, de temp. ord. lib. 6. contrarium insinuat.

Tertio ex S. Anton. per d. cap. eos, reprobatur opinio dicentium quod quis ordinare possit alienum sub spe rationis, quod maxime obseruatum est post Concil. Trid. quicquid Maiol. lib. 3. de irreg. c. 23. num. 10. & libro 4. c. 2. nu. 9. contrarium doceat.

14 Tertius est, Episcopus in aliena diœcesi ordinans sine expressa licentia ordinarij loci, ab exercitio Pontificalium per annum suspensus est, ex Trident. Sess. 6. de reform. cap. 5. & Sess. 14. de reform. cap. 2. & sic ordinatus ab executione ordinum sic susceptorum suspensus est, ad proprium arbitrium prælati.

15 Quartus est, Episcopus in aliena diœcesi ordinans, etiam

- de licentia ordinarij loci, si tamen ordinarij personas eidem ordinario non subiectas, eandem suspensionem incurrit ex Trid. Sess. 16. de reform. cap. 5. & Sess. 14. de reform. cap. 2.
- 16 Quintus est, Episcopi Titulares, id est, qui habent Titulum in diocesi, in quocunque loco etiam exempto, & nullius diocesis, aut etiam in Monasterio exempto degentes, si quem promoueant, ad quemcunque ordinem etiam ad primam tonsuram prætextu cuiusvis priuilegij, etiam familiaritatis, sine licentia ipsius proprii ordinarij, ab exercitio Pontificalium, per annum suspensi sunt. ex Concilio Trident. Sess. 14. de reform. ca. 2. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. cap. 38. §. 2. Nauar. in Manual. cap. 23. num. 18. versic. Tertio. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. capitul. 23. numero 10. & libro 4. capitulo 2. numero 9. & Alphonsus Vialdus, titulo de suspensio. numero 125.
- Vbi Notandum est, quod quantum ex verbis huius cap. 2 colligi potest, non habet locum Constitutio illa Conc. Trident. Sess. 23. de reform. cap. 9. vbi conceditur Episcopis vt possint familiares suos post tres annos promouere, dummodo beneficium reipsa illis conferant.
- 17 Sextus est, Episcopus ordinans Sacerdotem indignum, & qualem non liceat esse, a collatione ordinis est suspensus. cap. si qui Episcopi. 1. quæst. 1.
- Vbi Notandum est, solum loqui de ordinante Sacerdote, vnde si ordinaret Diaconum, vel Subdiaconum, non haberet locum ista suspensio. Deinde solum suspenditur a collatione ordinis Sacerdotalis, ex gloss. ibidem. in verbo illi.
- 18 Septimus est, Episcopus, vel cuius alius conferens primam tonsuram infanti, nisi forte religionem intraret, seu illiterato, vel alterius diocesis homini, sine superioris licentia, vel coniugato, nisi etiam religionem volenti intrare, (matrimonio non consummato) vel volenti ad Sacros ordines promoueri, prout Canones in aliquo casu concedunt. cap. coniugatus. de conuers. coniug. a collatione Clericalis tonsuræ duntaxat per annum est suspensus, vt habetur in cap. final. de temp. ordin. lib. 6.
- & notant Palud. 4. d. 18. quæst. 7. art. 1. casu 2. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. Syluester verb. Suspensio, quæst. 6. versic. Sexto. Alphonsus Viald. tit. de Suspensio. nu. 53. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. ca. 38. §. 2. Is autem infans dicitur, qui nondum expleuit primum septennium, ex gloss. in d. cap. final. in verbo infanti, de temp. ordin. lib. 6. Illiteratus autem dicitur, quoniam sermo est de primæ tonsuræ collatione, is qui est ita omnino illiteratus, vt legere, & scribere nesciat. Ad receptionem enim primæ tonsuræ etiam per Conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 4. non requiritur maior scientia.
- 19 Octauus est, Ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio, duobus ordinibus Sacris, ab amborum collatione suspensus est, quousque dispensationem, & absolutionem a Sede Apostolica obtineat. vt habetur in capit. literas, de temp. ordin.
- Et hoc etiam si de mandato Archiepiscopi, vel Metropolitanæ fecisset cap. dilectus. eod. tit. & lib. Henriquez vbi supra, cap. 38. §. 3. in fine. Simon Maiol. lib. 4. de irreg. ca. 11. Id quod etiam locum habet in ordinatione regularium, ex Conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 13. vbi priuilegia omnia concessa de hac re quibuscunque regularibus, si quæ vnquam concessa sunt, expressè reuocantur.
- 20 Nonus est, Ordinans solemniter penitentem, vel bigamum scienter per annum a celebratione suspensus est. cap. Nullus. dist. 55.
- Angelica, verbo Suspensio, 1. nu. 3. & Tabiena verbo Suspensio, num. 7. versic. Sexto, casu 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 40. Sylu. verbo Suspensio, §. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. cap. 38. §. 3. casu 3. Alphonsus Vialdus, tit. de suspensio. numero 54. & num. 55.
- 21 Decimus est, Ordinans religiosum non professum, sine
- ex religione, quæ solet emittere professionem, sine ex religione, quæ non solet illam emittere, siue ex quocunque ordine aut congregatione Clericorum secularium videntium in communi more religiosorum, per annum a collatione illorum, ordinum quos huiusmodi personas contulit, suspensus est, vt habetur expresse in Bulla Pij V.
- Quæ est Constitutio 74. eiusdem in ordine, in qua decretum Concilij Trid. Sess. 21. de reform. cap. 2. de non promotio Clericis secularibus sine titulo, & beneficio extenditur ad religiosos, quæ Bulla solet communiter circumferri in prefa in Concilio nouiter circa finem, & eius meminerunt Nauar. in Man. cap. 27. num. 158. versic. Decima sexta. Alphonsus Viald. tit. de Suspensione, num. 103. & Cosmus Philiacus de offic. Sacerdotis, par. 1. lib. 4. capit. 2. casu 13. Fr. Hieronymus a Sorbo Capucinus in compendio priuileg. in verb. Ordinis Sacri, in fin. & incipit prefa Bulla Pij V. Romanus Pontifex Sacrorum. edita 1568. Idem. Orationibus. A qua Pij V. Constitutione Gregorius XIII. in Bulla anno 1582. Clericos, & religiosos Societatis Iesu non emissi professione, ad titulum sufficientis literaturæ exempti, scriptis potius declarauit eos in prædicta Pij V. Constitutione non comprehendendi, & etiam antea Paulus III. anno 49. eisdem simile priuilegium concessit, ex Henriquez lib. 10. de Sacram. ordin. c. 17. §. 3. in annot. litera T. & lib. 13. c. 37. §. 1. & Fr. Hieronymo a Sorbo vbi supra.
- 22 Undecimus est, Ordinans aliquem accepto ab eo inuamento, vel promissione, quod ab eo non molestabitur super eius prouisione, per triennium a collatione ordinum est suspensus, c. si quis ordinauerit. de simonia.
- Et licet, vt notat Palud. 4. dist. 18. quæst. 7. ar. 2. casu 15. non exprimat Episcopus, quia tamē nullus est ordinator mixtæ Sacrorum ordinum, in quibus ordinans tenetur prouidere ordinato, nisi Episcopus, ideo Episcopus est ibi suspensus, huius etiam casus meminerunt Nauar. in Man. cap. 27. num. 159. versic. Decima quinta. Martin. Ledes. 2. 4. quæst. 26. ar. 2. in tract. de suspens. casu 15.
- 23 Duodecimus est, Ordinans inuitum per annum a celebratione Missæ suspensus est, cap. 1. & 2. dist. 74.
- Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 41. Angelica verbo Suspensio 1. num. 4. & verbo ordo 3. nu. 24. Syluester, verb. Suspensio, quæst. 6. versic. 3. Tabiena, verb. Suspensio, num. 7. versic. Sexto, casu 3. Alphonsus Viald. tit. de Suspensione, num. 52. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. c. 38. §. 3. Id quod intelligi debet, vt notat Summa Angelica, si id faciat præter iuris dispositionem; Nam si quis haberet beneficium requirens ordinem, & Episcopus, vel inuitum cogeret ad recipiendum ordinem etiam sub pena priuationis beneficij, & hunc inuitum ordinaret suspensionem prædictam non incurretet, vt colligitur ex c. Queris a nobis. & glo. & DD. ibi de ætat. & qual. Ratio est, quia ex quo iste vult beneficium non est simpliciter inuitus, sed secundum quid.
- 24 Decimus tertius est, Episcopus ordinans monachum sine licentia proprii Abbatis, ipso iure a communionem aliorum, nempe Episcoporum, alienus dicitur, & communionem prebendis diocesis suæ contentus esse debet.
- Quod videtur ad suspensionem quandam pertinere, dist. 58. c. fin. Angelica, verbo Suspensio, num. 6. Tabiena, verb. eod. num. 7. versic. Sexto, casu 5. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspensio. c. 38. §. 1. Alphonsus Viald. tit. de Suspensione, nu. 79. qui ait idem dicendum esse, si alios religiosorum maxime mendicantes ordinaret.
- 25 Quoniam verò multa, quæ in iure antiquo, necnon in Concilio Tridentino circa Clericorum ordinationem statutata sunt, per nouam Sixti V. Constitutionem, quæ incipit *Sanctum*, & *Salutare* sub anno incarnationis Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus verò eiusdem anno tertio quare ad huius rei ampliolem explicationem libuit Bullæ summæ, seu Compendium, ad finem huius capituli adiungere.
- Proposito igitur Sacerdotum antiquæ legis typo, & doctorum dignitate commendata, postquam ostendisset in ordinibus conferendis non adhiberi eam diligentiam etc.

et ordinandum Natales, etatem, vitam, ac morum, probitatem, Sanctitatem, scientiam, & alias qualitates, in Sacris ordinationibus requisitas per Sacros Canones, vel Apostolicas Constitutiones, aut Conciliorum Generalium decreta, pastores omnes, & Prelatos, quibus hoc incumbit, ad deinceps in huiusmodi promotionibus maxime inuigilandum hortatur. Ut autem in posterum id diligentius præsentent, statuit, & ordinavit [ut si in posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonsuram minoreque ordines suis subditis conferendos a Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcumque secularem vel cuiusvis ordinis, aut militiæ regularem ex aliquo crimine, vicio, aut defectu seu aliis inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui ordinarij literis, aut per factum vel futurum, aut quo ad seculares sine titulo iustitientis benedictionis, vel patrimonij, aut ante etatem per Sacri Generalis Tridentini Concilij decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam; aut non seruatis temporum interstitijs, ita ut aliquis vnicuique die, seu continuatis diebus ad plures ordines Sacros, vel post unum ordinem susceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueat, sine dispensatione, aut indulto Apostolico, Clericali Character non legitime insignierit, aut ad ordines minores, vel Sacros, ut præfertur, vel alios male promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, a collatione quorumcumque ordinum atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, alijsque grauioribus penis a biterio Summi Pontificis pro tempore existentis puniatur.] hoc primum est, quod Pontifex in dicta Bulla statuit.

Secundo decreuit [quod si quis spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temerè ingesserit, etiam a regimine & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcumque beneficiorum per eum in titulum, vel Commendam, seu aliam obtentorum Suspensionem eo ipso incurrat eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut penarum remissionem ab alio, quam a Roman. Pont. pro tempore existente nequeat obtinere.]

Tertio statuit [ut personæ sic male promouentes, etiam in foro conscientie a reatibus, & excoisibus præfatis, etiã si crimen occultum fuerit, a nullo nisi a Romano Pontifice, excepto mortis articulo absolui, aut dispensari possint; adeo ut stante hac Constitutione, nec a quoquam seculari, vel cuiusvis ordinis regulari presbitero, vel prelato quavis auctoritate fungente, nec per quæcumque iubilæas, & indulgentias etiam plenissimas, & extraordinarias a Summis Pontificibus præcedentibus, aut succedentibus, in anno Iubilæas, aut alio quouis tempore, & Cruciata Sanctæ, vel quocumque alio titulo, modo, & forma in genere, vel in specie derogatorijs Clausulis concessas, sed neque vigeat aut preterito facultatum, aut Privilegorum Mare Magni, aut alias quomodolibet nuncupatorum quibusvis ordinibus, Congregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis per Concilij Tridentini decreta, aut officio Sacre Penitentiariæ Apostolicæ, vel Minoribus, aut etiam Maion Penitentiarijs Curie Romanæ, quomodolibet concessorum, absolui, aut dispensari queant.

Quarto adijcit [ut qui absolutionem, & dispensationem petat, etiam si delictum fuerit occultum, non per officium Sacre Penitentiariæ, sed a summo tantum Pontifice pro tempore existente in utroque foro absolutionem petere teneantur, alioquin ipsæ concessionem & absolutionem, etiã cum Clausula, quod dictæ Constitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expressis, nullæ proisus, & irritæ ac inane sint, ac nemini penitus suffragentur.

Quinto ordinavit [Quod si quis Abbat, vel Abbas, seu cuiusvis ordinis, vel premissis, & ceteris omnibus, que in ipsius tonsuræ, & ordinum collatione obseruare debet, personæ inhabiles, & idoneas, sed tamè recepta ab ijs, qui-

bus tonsuram, aut ordines conferret, pecunia, pretio, vel præmio Simoniacè in futurum insignierit, vel promouerit; Voluimus, ut præter alias censuras, & penas contra Simoniacè ordinantes, & ordinatos a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis alijs inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intedit, etiam omnia, & singula supradieta in sic promouentibus, & promotis locum habeant. Decernitque præsentem literas sub quibusvis concessionibus, facultatibus, & gratijs, etiam in casibus quibuscumque Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cæsar Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij, vel Cruciata Sanctæ, absoluedi facultatem quibusvis personis generaliter, vel specialiter tribuentibus, minime comprehendit; sed semper ab illis exceptas esse, & ceteri, sublata facultate quibuscumque Iudicibus, & Commissarijs, & Auditoribus Palatij Apostolici, & S. R. E. Cardinalibus, in præmissis vniuersis, & singulis aliter iudicandi, & interpretandi; & irritum & inane esse, quicquid seculis super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, conuenerit attentari.

Sexto quoad obligationem huius Bullæ in prædictis vult eam [post quindecim dies a publicatione illius, eos, qui sunt in Vrbe, qui verò extra eam, & citra Montes intra quatuor menses, qui demum ultra montes erunt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computanda, perinde afficere & a ceterate, ac si eorum cuiuslibet personaliter intimata fuisset.]

26 Ut autem Bulla hæc facilius intelligatur, nonnulla breuiter annotanda sunt, quorum

Primum est, Constitutionem hanc solum intelligendam esse de erroribus, & delictis in collatione ordinum ommissis post legitimam & sufficientem eius promulgationem, nõ de defectibus antea commissis, vt colligitur ex verbis illius Bullæ. In posterum.

27 Secundum est, siue Episcopus Italus, seu Citramontanus ordinet Italum, & Citramontanum, siue Ultramontanum; vel Episcopus Hispanus, aut Ultramontanus Italum, & Citramontanum ordinet sine literis dimissorijs sui ordinarij, incurrit suspensionem, vt colligitur ex illis Bullæ verbis; Ne quemquam promoueat sine eorum ordinarij literis dimissorijs. Vbi neminem sic ordinantem sine sui ordinarij literis excipit.

28 Tertium est, Quamuis olim cum promotis per saltum, si non minitruerint, Episcopi ex legitima causa dispensare poterant virtute Concilij Tridentini Sess. 23. de reform. cap. 14. in fine. & etiam dispensare poterant quo ad temporum interstitia, vt colligitur ex eodem Concilio Tridentino Sess. 23. de reform. cap. 11. & cap. 13. nunc tamen facultas hæc eis in utroque casu sublata est, vt ex verbis huius Bullæ manifestum est. Hoc tamen quod in secundo casu de temporum interstitijs diximus, intelligi debet, vt dispensare non possint sine causa rationabili, qua si adfit, non obstante hac constitutione dispensare valent, vt ex Bullæ verbis colligitur.

29 Quartum est, Episcopus, qui debitam diligentiam adhibuit, quo minus ordinaret aliquem minus habilem, aut aliquem defectum in hac Bulla expressum habentem, eiusdem Bullæ penas non incurrit; puta si quis ordinandus accedat cum falsa informatione, puta, quia testes falsum dixerint, aut cum aliquo ex defectibus in Bulla contentis. Sicut enim ipsemet Papa, vt homo possit per falsos testes decipi, & male informari; ita etiam & Episcopus decipi potest, quæ deceptio etiam culpam non erit ascribenda dummodo prius debitam in hac re diligentiam adhibuerit.

30 Quintum est, olim Episcopus ordinans clericum alienum sine literis dimissorijs sui ordinarij suspensus erat a collatione ordinum, virtute cap. eos qui, de temp. ordin. lib. 6. id est, ex glossa ibidem in verbo ordinum, a collatione minorum, & maiorum; nunc autem etiam a collatione ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus.

31 Sextum est, Episcopus, qui ex aliqua ex causis prædictis suspensionem incurrit, si temerè, & spreta huiusmodi suspensione

sensione, & interdictio in præmissis se ingerat, etiam a regimine suæ Ecclesiæ, & perceptione fructuum beneficiorum obte nentur eo ipso suspensus est, cuius suspensionis relaxationem solus Papa conferre potest. Is autem temere facere censetur, qui actum sibi a iure prohibitum scienter sub colore fraudulento facit. Vnde si ex inadvertentia aut aliqua vehementi passione, aut alia iusta causa excusante inductus, aliquem cum aliquo ex dictis defectibus ordinaret, non incurret dictas penas, quia tunc non temere, nec per contemptum fecisse censetur, vt colligitur ex doctrina S. Thomæ in 2. 2. quæst. 53, art. 3. ad 2. Ang. Sylu. & Tabienæ in verbum Temere. Nauar. in Manu. cap. 27. num. 155.

32 *Septimum est.* Episcopus olim virtute concessionis Concilij Irid. Sess. 24. de refor. cap. 6. dispensare potuit in foro conscientie circa occulta, quæcunque delicta, & censuras, ac irregularitates ex eisdem provenientes: Sicut etiam superiores Religionum poterant olim cum suis fratribus in omni irregularitate dispensare, excepto hominid. voluntario, & Bigamia, vt habetur in compendio Priuileg. verbo, Absolutio quoad fratres. Quæ tamen absolventi, & dispensandi facultas, etiam si delicta occulta fuerint, tam Episcopis, quam superioribus religionum, in casibus hic expressis sublata est, excepto mortis articulo, vt ex verbis Bullæ istius legenti manifestum esse poterit.

Octauum est. Quod licet personæ habiles, & idoneæ ordinentur seruatis cunctis præmissis in tonsuræ, & ordinis collatione obseruandis, si tamen Simoniam aliquam in prædictis ordinibus, & tonsura conferendis, aut recipiendis commiserint, præter alias penas contra sic delinquentes a sacris Canonibus, aut Constitutionibus Apostolicis inflictas, etiam penas omnes huius Bullæ incurunt, si quidem Simoniacè ordinantes a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione munerum Pontificalium eo ipso suspensi, & ab ingressu Ecclesiæ interdicti sunt; ordinati autem Simoniacè, ab executione ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò sunt suspensi.

Et licet ea omnia, quæ in hac Bulla Sixti V. nouiter statuta sunt, per aliam Clementis VIII. constitutionem reuocata sint, hoc tamen, quod contra Simoniacos decretum est, in suo robore manet, vt in fine libri huius dicemus.

TERTIVM CAPVT.

Est ex parte dispensationis, & tractationis beneficiorum, & ita Episcopi incurrunt suspensionem ipso iure in his casibus.

33 *Primus est, Episcopi etiam S. R. Ecclesiæ Cardinales accipientes beneficia per Simoniacam confidentiam suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ per Bullam Pij IV. de confidentiis, quæ incipit Romanum Pontificem, editam anno 1564.* Et est constitutio 109. eiusdem in ordine, vbi notandum est, ex eo quod dicitur, *Per Simoniacam confidentiam,* penam hanc non habere locum nisi in confidentia, quæ sit verè Simoniacæ. Vnde si solùm sit Simoniacæ per presumptionem fori exterioris, hanc suspensionem verè non incurrunt.

34 *Secundus est, Cardinales, Episcopi, & alij Prælati, qui aliquem patiuntur obtinere cathedram, id est, cathedrallem Ecclesiam, aut gradum consequi contra formam traditam a Pio IV. in Bulla quæ incipit, in Sacrosancta, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.*

35 *Tertius est, Episcopus confirmans indignum atate, sciētia & moribus, potestate confirmandi primum successorum illius caret, & a perceptione proprii beneficii suspenditur quousque fuerit restitutus. cap. Nihil est, de elect. Angelica, verbo, suspensio 1. numer. 7. Henriquez lib. 13. de excommunic. & susp. cap. 39. §. 2. Alphonsus Vival. tit. de susp. num. 97.*

36 *Quartus est, Episcopi, & alij prælati dantes beneficia præfati curata personis indignis, & quæ in loco residere,*

& curam per seipsas exercere non possunt, a collatione beneficiorum ea vice suspensi sunt.

Vt colligitur ex cap. cum in cunctis, §. Clerici, vers. Episcopus, & cap. Nihil est, de elect. & ca. Quia nonnulli, de cler. non resid. & cap. Grave nimis, de præb. & Concl. Tridentin. sess. 7. de reformat. capitul. 3. iunctis glossis, & DD. ibidem.

37 *Quintus est, Episcopi, & superiores vacantibus dignitatibus, prioratibus, personatibus, vel Ecclesiis quibuscunque sibi subiectis, seu ad collationem, præsentationem, ordinationem, vel custodiam pertinentibus eorundem, qui bona earum morientibus rectoribus, vel ministris in ipsius iuuentia, vel vacationis tempore obuentione, quæ in utilitatem eorum expendi debent, vel futuris successoribus reuocari, occupare, aut in vsus suos conuertere præsumunt, nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iam præscripta legitime, seu alia rationabili causa hoc eis competere dignoscatur, ab ingressu Ecclesiæ tamdiu sunt suspensi, quousque de prædictis restitutionem fecerint. cap. fin. de offic. ord. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 1. casu 5. Angelica, verbo, Suspensio 1. casu 20. Tabienæ, verbo, Suspensio, num. 7. vers. Sexto, casu 18. & Martin. Ledesma. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. in tract. de Suspens. casu 8. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 157. vers. octaua. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. cap. 39. §. 4. Alphonsus Vival. tit. de Suspens. num. 59. & Cosmus Philarchus de officio Sacerdot. par. 1. lib. 4. cap. 2. casu 7. Tolet. lib. 1. cap. 15. Circa hunc casum aduertendū est. Quod olim Episcopi, & alij prælati multi in nonnullis Ecclesiis, ex priuilegio, statuto, vel consuetudine fructus primi, vel secundi, aut alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium integrè sibi vendicabant; Quia vero lex inde Ecclesiæ debitis suis seruitiis fraudari cœperunt, Ioannes Papa XXII. in Extrauag. quæ incipit, *Suspensio regimini.* De electione, & electi potestate, inter Extrauagantes eiusdem, quæ etiam extrauagans reperitur inter Communes, sub titulo *Ne sede vacante* statuit, ne tales ex quocunque priuilegio, consuetudine, vel statuto de dicta fructibus perciperent, ultra summam, quæ in solutione decimæ quodlibet beneficium taxari solet, vel hac dimissa, ultra totale residuum fructuum, id quæ in regionibus, vbi decimæ beneficijs sunt taxata; In illis vero Ecclesiis, & partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, ultra medietatem fructuum recipientes, & infra mensurabilis, ad quos spectat, cum effectu non restituentes, si Episcopi, vel superiores prælati fuerint, eo ipso a Pontificalibus, & ingressu Ecclesiæ suspensi sunt, statim Capitulum, & Collegium interdictio se nouerint (donec prædicta cum integritate restituerint) inhiacere. Si vero persona aliqua singularis Ecclesiastica, vel mundana id fecerit, ex cõicationem ipso facto incurrat, a qua sine restitutione præmissa præterquam in mortis articulo minime absoluatur. Et quamuis in dicto casu finali, de offic. ord. in 6. & in dicta Extrauag. *Suspensio regimini.* ex ipiarum casus, scilicet, *Ne sine priuilegio, vel consuetudine præscripta id eis liceat,* &c. volunt tamen nonnulli huiusmodi priuilegia, per Bullam Pij V. quæ incipit, *Durum nimis,* editam anno 1570. pridie Kalend. Iunij, & est constitutio 106. eiusdem, in ordine, vbi prædictam Ioannis XXII. constitutionem renouat, & confirmat, eademque penas contrahentibus imponit, esse reuocata; & ita non valent, nisi post dictam Bullam sint concessa. Si quidem Pontifex illi expressè renouat, & abolet omnia, & quæcunque priuilegia, consuetudines, & statuta quatuordecimque ecclesiasticis Cathedralium, & Metropolitanarum, ac maiorum, & non collegiatarum, in quibus vacantibus ipsam Ecclesiam dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, & fructus etiam, quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiori tempore proventuri, mentis Episcopali, seu capitulari, aliove loco integrè, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seu Capituli diuidantur; & contrauenientibus eisdem penas, quas*

Joannes XXI. imponit. In fine vero dictæ Bullæ duo ad-
dit. Primum est, quod non obstante hac sua constitutione
[Vbiunque huiusmodi fructus, & distributiones fabri-
cæ, vel Sacrificiæ, aut alterius pij loci vlibus ultra semel
tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia,
pars ipsi Sacrificiæ, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tri-
buatur, alteram verò beneficiati prædicti integrè perci-
pian.] Secundum est [Quod per hanc suam Bullam non
intendit illis præiudicare capitulis, Collegijs, mensis, aut
personis sanctis, & distributiones inter vacationem bene-
ficiorum, & eorum collationem, siue possessionis appre-
hensionem prouenientes ex statuto, consuetudine, vel pri-
uilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo-
minus ipsi illos interim, vt antea exigere valeant, & habe-
re.] Ex quibus constat, quid olim iure antiquo, & quid
post hanc nouam Pij V. constitutionem liceat,

39 Sextus est, Episcopi, & superiores in permutationi-
bus, & resignationibus beneficiorum non seruantes sta-
tuta per Innocentium VIII. in quadam Bulla, quæ incipit,
[sicut bonus pastor] ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt,
Est autem hæc Bulla XII. in ordine eiusdem Innoc. VIII.
sub Data Quinto Kalend. Octob. anno incarnationis Do-
minicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo,
vbi statuit, vt resignationes beneficiorum, quæ vigore li-
centiæ resignandi beneficia extra Curiam obtenta sunt,
siant in loco distante per duas dietas legales a Curia Ro-
mani Pontificis. Adijciens quod nullus huiusmodi licen-
tijs, & facultatibus concessis, & concedendis a sede Apo-
stolica quoadcunque in posterum nullatenus vi valeat,
nisi dum, & quando beneficia Ecclesiastica, quæ obtinet
simpliciter, vel ex causa permutationis verè, & non ad
aliorum commodum fictè resignare intendit: Contra-
facientes verò, tam infra duas dietas ab vrbe, etiam verè,
quàm extra illas fictè, & in fraudem resignantes, & perso-
næ resignationes huiusmodi recipientes, & admittentes,
ac notarij inde rogati, & testes interuenientes eiusdem fi-
ctionis, & fraudis non ignari; si Episcopi, & superiores, in-
terdicti ingressus Ecclesiæ; si verò alij ab eisdem fuerint,
excommunicationis sententiam eo ipso incurrunt, sed de
hæc latius alibi dicemus. Interim plura de modo, & for-
ma publicandi beneficiorum resignationes, & iurium ces-
siones legi possunt in Bulla Pij III. Constit. 15. quæ inci-
pit, *Sacrosanctissimus*. & in Bulla Pij V. quæ incipit *Officium*, quæ est
42. in ordine, & in alia eiusdem, quæ incipit *Quantum*; quæ
est 18. in ordine, & in alia eiusdem, quæ incipit *Sacrosanctis-
simus*, quæ est 182. in ordine, & in Constitutione 87. Grego-
rij XIII. quæ incipit *Humano iudicio*.

QUARTVM CAPVT.

Ex parte aliorum defectuum; & ita Episcopi suspen-
sionem incurrunt in his casibus.

40 Primus est, Episcopi, qui post Concilium Prouinciale,
infra sex mensium spatia non conuocant omnes Abbates,
presbiteros, clericos, & plebem vniuersam suæ diocesis,
referentes eis omnia gesta in Concilio Prouinciali, bime-
nsem excommunicationem, id est, suspensionem ab officio
duorum mensium incurrit. capitul. final. distinctione 18.
& ibi gloss. in verb. excommunicationis, si quidem excom-
municatio non imponitur ad tempus, sed suspensio, &
ita exponunt Angelica, verbo, *Suspensio* 1. casu 1. Tabie-
na, verbo *Suspensio*, num. 7. vers. sexto, casu 1. Syluest. ver-
bo, *Suspensio*, §. 6. vers. 1. Henriquez lib. 13. de excommu-
& suspen. cap. 38. §. 3. casu 4. & Alphonsus Viuald. tit. de
suspensione, num. 90.

41 Secundus est, Episcopus, qui in visitatione aliquid acci-
pit in pecunia, vel vidualibus, quod ultra ratione visita-
tionis suæ debetur, nisi restituat duplum infra mensem Ec-
clesiæ à qua id accepit, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ
quousque de duplo huiusmodi grauata Ecclesiæ plenè sa-
tisfaciat; nulla ei in hoc dantiur remissione, liberalitate,
seu gratia valitura, vt habetur in c. exigit. de censib. lib. 6.
Palud. 4. 18. q. 7. art. 1. casu 6. Angelica in verbo, visitatio

1. casu 21. Tabiena, verbo, *Suspensio*, num. 7. vers. Sexto,
casu 19. Syluest. verbo eod. vers. 21. Alphonsus Viuald. tit.
de suspens. num. 105. Henriquez lib. 13. de excomm. & sus-
pens. c. 39. §. 4. casu 5. inferiores autem sic visitant, & exi-
gentes pecuniam, aut munera ab officio, & beneficio su-
spenduntur quousque satisfaciunt, vbi tamen notandum
est, non incurrere dictam penam, si quis acciperet aliquid
quod liberaliter ei tempore visitationis donatur. arg. cap.
quidquid. 1. q. 1. De qua etiam re multa præclara statuit
Concilium Trid. sess. 24. de refo. m. c. 3.

42 Tertius est, Episcopus, qui quando non visitat, accipit
a terris, & Ecclesijs iudicis procuracionem sibi debitam
tempore visitationis, eandem omnino suspensionem, &
penas incurrit, vt in d. capitul. exigit. de censib. lib. 6.
habetur.

43 Quartus est, Episcopus carnaliter cognoscens eam,
quam ante ordinationem in concubinam habuit, ab ordine
est suspensus. vt habetur in capit. Habuisset, distinct. 33.
Quo loco ponitur vox depositionis Sacerdotij, pto suspen-
sione ad tempus, ex gloss. ibi in verbo, deposito. Quæ sus-
pensio potius ferenda est, quam lata, vt ex contextu illius
cap. colligitur. & similis loquendi modus habetur in cap.
Quoniam 21. quest. 2.

44 Quintus est, Episcopus relaxans incendiarijs penam
contentam in capitul. p. s. s. m. 27. questione octaua, ab
officio Episcopali per annum est suspensus.
vt ibidem habetur.

45 Sextus est, Episcopus negligens procedere contra Simo-
niacos, per duos menses ab officio suspensus est. cap. Quid-
quid 1. questio 1.

Vbi ponitur nomen excommunicationis, pro suspen-
sione, ex gloss. ibi in verbo, excommunicationis, & similis lo-
quendi modus habetur, in cap. fin. dist. 8. & ibi gloss. in
verbo, excommunicationis, & dist. 86. cap. Tanta. & 101.
quest. 3. cap. vno, in fine, similis pena Episcopis imponi-
tur in cap. eos, dist. 32.

46 Septimus est, Episcopus, si non facit comburi Talmud,
iuxta editum Inquisitorum edictum iussu Iulij III. ab in-
gressu Ecclesiæ suspensus est.

De qua tamen suspensione non immerito dubitant aliqui
viri graues an practicetur, non solum ex eo, quod paucis-
simis in locis Christianorum huiusmodi libri intuentur;
sed etiam quia Episcopi negligentes in comburendis
libris hereticorum, censuras aliquas non incurrunt. Huius
edicti meminit Laertius Cherubinus de Nursia iuricon-
sultus in Rubricis ad Bullam, & Constitutionem 46. in or-
dine, Iulij III. quæ incipit, *Cum sicut*, quod edictum se-
legisse testatur. Multi autem Pontifices existerunt, qui sæ-
pius impium illud Talmud nuncupatum, & alia similia
detestanda volumina, & scripta Iudæorum comburi præ-
ceperunt, vt videre licet in Bulla 1. Innocentij Papæ III.
quæ incipit *Impia Iudæorum*, anno Domini millesimo du-
centesimo quadragésimo tertio, septimo Idus Maij: Et
in Bulla Iulij III. quæ incipit, *Cum sicut*, anno Domini
Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, die 29.
Maij. Et in Bulla 73. Gregorij XIII. quæ incipit, *Antiqua
Iudæorum*, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quin-
gentesimo octuagesimo primo, Kal. Iulij, Et in Bulla no-
uissima Clementis Papæ VIII. quæ incipit, *Cum Hebræo-
rum malitia*, anno incarnationis Dominicæ Millesimo
quingentesimo nonagesimo secundo, pridie Kalend. Mar-
tij; vbi Iudæis ipsis sub grauissimis penis præcipit, vt hu-
iusmodi libros comburant, aut locorum ordinarijs, seu
Inquisitoribus hæreticæ prauitatis tradant, & consignent;
Christianis vero etiam sub excommunicationis maioris
latæ sententiæ eo ipso incurrendæ pena, præcipit, ne huius-
modi libros, & scripta retinere, habere, legere, edere, ty-
pis, excudere, seu imprimere, describere, vel exemplare,
aducere, emere, vendere, donare, commutare, aut alias
quomodolibet distrahere, vel alienare præsumant.

47 Octauus est, Suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ Præla-
ti, qui sine auctoritate Summi Pontificis, commentarios,
glossas,

gloſſas, interpretaciones, ſcholia vllumue interpretationis
genus ſuper Concilij Trid. decretis edunt, ex Bulla Pij IV.
ſuper confirmatione eiusdem Concilij.

Quæ conſtitutio edita fuit ſ. anno eiusdem Pij IV. 1563.
ſepimo Kalend. Februarij, & incipit *Benedictus Deus*, &
eſt conſtitutio 96. Pij IV. de qua tamen ſuſpenſione du-
bium eſſe poſſit, an comprehendat Episcopos, & alios ma-
iores Prælatos, cum iſtos neque ſub ſpeciali nomine Epi-
ſcoporum exprimat, neque alio modo, ſed ſolum hoc pro-
hibet Prælatiſ ſub interdico ingreſſus Eccleſiæ, alijs autē
ſub pena excommunicationis.

48. *Nonus eſt*, Episcopos, & maiores, qui uſurarijs, manifeſtis
non oriundis, ſed alienigenis locant, vel quocunq; alio
titulo concedunt domos ad exercendū ſenus, vel permit-
tunt eos conducere domos in ſuis terris, vel alijs ibi habi-
tare (quod intelligendum eſt, ad exercendum ſenus) vel
eos non expellunt de ſuis terris intra tres meſes, ſuſpenſi
ſunt, quouſque eos expellant. cap. uſurarium. de uſur. lib. 6.
Angelica, verbo, Suſpenſio 1. caſu 22. Tabiena, verbo Suſpen-
ſio, num. 7. verſic. 6. caſu 20. Sylueſt. verbo, Suſpen-
ſio. §. 6. verſic. 22. Alphonſus Viualdus tit. de Suſpenſio-
ne, numer. 60. In qua ſuſpenſione non parum miror ſilen-
tium DD. omnium. Cum enim Canon non exprimat a
quibus rebus ſiut ſuſpenſi huiusmodi Episcopos, & multum
referat hoc cognoscere, nullus tamen DD. aliquid de hac
re dicit Henriquez lib. 13. de excomm. u. & ſuſp. cap. 38. §.
3. caſu 5. ait ſuſpendi a iurisdictione ſpirituali. Mihi videri
iſtam ſuſpenſionem eſſe ab officio, & beneficio ſimul,
id quod etiam innuere videtur Gulielmus Durand. in ſuis
commētiolis ſuper hoc caput, & pater, quia, vt diximus
in cap. 4. in explicatione primi modi ſuſpenſionis, vbi ſim-
pliciter ſuſpenſio fertur, intelligitur regulariter ſuſpenſio
ab officio, & beneficio, vt latius ibi docuimus, vbi etiam
varias DD. auctoritates, & rationes attulimus, & præter
ibi dicta, ratio quæ me mouet eſt, quia in eodem cap. pro
alijs perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus fertur ſententia
excommunicationis, pro communitatibus, & collegijs fer-
tur ſententia interditi, quæ ſunt pœnæ grauiffimæ: ergo
etiam & hæc Episcoporum ſuſpenſio intelligenda eſſe vi-
detur de ſuſpenſione grauiffima. Deinde ſi Episcopos per
menſem prædictam ſuſpenſionem ſuſtineant, imponitur
eis grauior pena, vt ſcilicet eorum terra interdico ſubiac-
ceat; Quod ſi prior ſuſpenſio Episcoporum intelligeretur tan-
tum de ſuſpenſione ab officio, aut a beneficio tantum, Ca-
non poſtea aggravando penam melius addidiſſet aliam
grauiorem ſuſpenſionem, quæ ad ipſos Episcopos magis
pertineret. Cum igitur Canon referat ad interdictum, vi-
detur nomen ſuſpenſionis prius poſitum omnem ſuſpen-
ſionem, quam ferre poterat, comprehendendiſſe. Vbi notan-
dum eſt ex glo. in d. e. uſurarium. in verbo. Titulo. de uſur.
lib. 6. nec poſſe huiusmodi uſurarijs concedi domum ſub
alio titulo quocunq; puta pignoris, commodati, depoſi-
ti, precarij, & huiusmodi, & hoc maxime quando conſta-
ret velle eos domum conducere ad ſenus exercendum, &
in dubio præſumitur pro ſenore exercendo velle illam cō-
ducere, & colligitur ex eo quod dicitur, *Non licet illo mo-
do habitare.*

50. *Decimus eſt*, Episcopos, qui contra iuſtitiam, & conſcien-
tiam prætextu, odij, gratiæ, auoris, vel commodi tempo-
ralis omittunt procedere in cauſa hæreſis, vbi procedendū
erat, vel eodē obſtento & prætextu prauitatem ipſam, vel
impedimentum officij ſui alicui imponunt eamque ſuper
hoc præſumpſerint quo quō modo vexare, per triennium
ab officio ſuſpenſi ſunt; alij verō, id eſt, ex glo. ibi in verbo
Alij, ſcilicet inquiſitores, vel ſubſtituti ab eis, vel ab Episco-
pis, vel Capitulis vacante Sede, eo ipſo excommunicationis
ſententiam incurrunt, a qua non niſi a Summo Ponti-
fice, præterquam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione
præmiſſa, abſolui poſſunt. Vt habetur in Clement. prima,
de hæreſe. Angelica, verbo Suſpenſio 1. caſu 35. Tabiena,
verbo Suſpenſio, numero 7. verſic. Sexto, caſu 33. Nau.
in Man. ca. p. 27. num. 100. Henriquez lib. 13. de excomm.
& ſuſp. c. 38. §. 3. Alphonſ. Viuald. in tit. de Suſpenſione,
num. 91.

51. *Vndecimus eſt*, Episcopos, & ſuperiores conferentes gra-
dum Magiſtrij, ſeu Doctoratus, niſi ſub certa limitatione,
per ſex meſes ſequentes a collatione eorundem gra-
dum ſuſpenduntur, Clement. eum ſit, de Magiſtris. Ange-
lica, verbo. Suſpenſio 1. caſu 34. Sylueſt. verbo. Suſpenſio,
quæſt. 6. verſic. Trigefimo quarto. Tabiena, verbo Suſpen-
ſio, num. 7. verſic. Sexto, caſu 32. Henriquez lib. 13. de ex-
com. & ſuſp. cap. 38. §. 3. Alphonſus Viuald. tit. de Suſpen-
ſione, nu. 93. facultas tamen concedēdi gradus data a Re-
ge, quia ſecularis eſt, non ſuſpenditur proprie, ex Henri-
quez vbi ſupra, & Nau. in Man. cap. 27. num. 153. verſic. Se-
primo dico.

52. *Duodecimus eſt*, Episcopos, & eorum ſuperiores, etiamſi
Cardinalatus honore præfulgeant, populo indicem caſuſ
gratiarum, & indulgētiarum, quo certo pretio ſoluto ab-
ſolui poſſint, & diſpenſari in multis reſeruatīs, ac indulgen-
tijs acquirere publicantes, vel concedentes, vel huiusmo-
di indicem vbiſcumq; reperitur non dilacerantes, peni-
tesque delentes, ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fru-
ctuum ſuarum Eccleſiarum tamdiu ſuſpenſi ſunt, donec
ſatisfactione præuia illis per Sedem Apoſtolicam ſuſpen-
ſio relaxetur, vt conſtat ex Bulla Pij V. 99. in ordine, quæ
incipit, *Quam plenum* edita anno Dominicæ incarnationis
miſeſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quarto Non.
Ianuarij Pontificatus eiusdem anno quarto. Cuius etiam
meminit Alphonſus Viualdus in ſuo Candelabro aucto-
rit. de ſuſpenſione, nu. 115. Quam verō penam inferiores
ab Episcopis hæc facientes incurrant, expoſuimus lib. 3. c.
31. excommunicatione vadeſcimo.

53. *Decimus tertius eſt*, ille, quem ponit Sixtus Papa V. in
Bulla ſua de viſitandis liminibus Apoſtolorum, edita an-
no 1585. 13. Kalend. Ianuarij, Pontificatus ſui anno pri-
mo, in Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex* In qua decer-
nit, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopos, Episco-
pi, per vniuerſum orbem conſtituti, etiamſi Cardinali-
tus honore præfulgeant ſtatutis quibusdam item poſitis,
perſonaliter, ac per ſeipſos Beatiſſimum Apoſtolorum
Petri, & Pauli limina viſitent, aut ſi impediti ſint legiti-
me, per certum nuncium ad id ſpecialē mādātum habere-
tem de gremio ſuorum Capitulorum, aut alium in digni-
tate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeu alias perſonatum habere-
tem, aut ſi huiusmodi hominem Eccleſiaſtica digni-
tate, & perſonatu præditum non habeant per Decretum
Sacerdotem, & ſi Clero careant, omnino per aliquem alium
presbiterum ſeculare, vel regularem ſpectate prohibi-
tis, & religionis bene de omnibus inſtructum, hoc ipſum
adimpleant. Tempus autem quo hoc debitum viſitatio-
nis officium fieri debet, eſt, vt omnes Patriarchæ, Primate-
s, Archiepiscopos, & Episcopos Itali videlicet, vel ex Italia
inſulis, vnde in Italiam commodius trajici poſſent, veluti
Siciliæ, Sardiæ, Corſiæ, & alij adiacentium Prouinciarum Ita-
liæ, ac etiam Dalmania, & Græcitarum, quæ e regione ipſis
Italia, & Sicilia oris ſunt, tertio anno; Germani verō, Gal-
li, Hiſpani, Belgæ, Bohemi, Vogari, Poloni, Angli, Scoti,
Hiberni, & ceteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare
Germanicum, & Balticum, ac omnium inſularum maris
Mediterranei, quarto anno; Et qui intra Europæ fines ſuis
his prouincijs remotiores, ac etiam Africam littoribus no-
ris aduerſi, ac Inſularum maris Oceani Septentrionalis,
& Occidentalis Europæ, & Africa citra continentem mo-
ni Orbis, tam qui nunc ſunt, quam qui ad Catholicam fi-
dem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto
anno; Aſiatici verō, & qui extra Aſiam, & in alijs non ſet-
tris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Sep-
tentrionalibus tam in inſulis, quam in continentibus, &
denique in quibuslibet mundi partibus decimo anno nec
ſuſcipiant, & Deo concedente perficiant, idemque inſtitu-
tum tertio quoque quarto, quinto, & decimo anno repe-
tant, & obſeruent. Hæc autem annorum ſpacia a tempore
ſuſcepti muneris conſecrationis, vel Paſſij traditionis, aut
translationis ad aliam Eccleſiam incipiant. Et ne longius
differatur, ſtatuit quod tempus qualecūque excurſum ac-
cui ex ſupra dictis Præſuſibus, qui ſive morte præuentus,
ſive alia quacūque de cauſa ob non ſinitum tempus ei
præſcriptum, dicta Limina non viſitauerit, ita illius ſuſ-
ceſſori

cessori effluxisse, & excurrisse intelligatur, ut termino ipso iuxta prædicta completo debitam tunc visitationem quã primam conficere teneatur. Qui verò iam sunt ordinati, aut Pallium à Sede Apostolica susceperunt, aut ad aliam Ecclesiam translati sunt, prout cuique distantia locorum, & temporum interualla præscripta sunt, ad prædicta oia obseruanda a die publicationis præsentis constitutionis omnino teneantur. Iubemus igitur in virtute Sancte obediencie prædictis oibus Antistitibus præsentibus, & futuris, ut visitatione prædictam sibi, suisque Ecclesijs a deo vniuersis, ac necessarij iuxta præscriptam formulam omnino conficiant. Si verò quod absit, non egerint, eos ab ingressu Ecclesie, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quã temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum, à Capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante, interim libere exigendorum, & in opus fabricarum, seu ornamentorum Ecclesie emptione, prout maior exegerit necessitas, insumendorum, ipso facto tã diu suspensos esse volumus, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi à Sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus Priuilegijs quibuscunque, &c.

Decimus quartus esse potest ille, qui habetur in Extrau. Ambrosius de reb. Eccl. non alien. vbi Paulus Papa II. ait, Quod alienante bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorum, priorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, si Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate ingressus Ecclesie eis penitus interdictus sit. Et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseverauerint indurato lapsis mētibz eisdem regime, & administratione suæ Ecclesie, vel Monasterij, cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, sint eo ipso suspensi. Inferiores verò prælati, Commendatarij, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, præposituris, præposituribus, dignitatibus, personaribus, administrationibus, officijs, Canonicatibus, præbendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus beneficijs quorum res, & bona alienauerint duntaxat ipso facto priuati existant, illaq. absque declaratione aliqua vacare censentur, ita vt à solitis collatoribus personis idoneis liberè de iure conferri possint, nisi alijs dispositioni Apostolice sedis sint specialiter, aut generaliter referuata; nihilominus alienate res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Hæc Paulus Venetus Papa II. anno 1468. Pontificatus sui anno quarto, cuius etiam meminit Alphonsus Vialdus titu. de suspensione. numer. 72. de qua plura diximus lib. 3. cap. 32. excommunicatione octaua. Qui casus licet religiosis, & alijs Clericis conueniat, quia tamen Episcopis etiam competit, hoc in loco a nobis appositus est.

Decimus quintus habetur in Bulla Pij V. quæ incipit, Quãta Ecclesie, edita 1568. Calen. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio, & est Constitutio 58. eiusdem in ordine vbi statuit, vt Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes beneficiorum recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut Crimini obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent, Ecclesie, vel beneficio inferuire: seu qui vnũ aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id se ipsa exequatur, denique eum quis ex alijs causis acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs edita continentur. Qui et ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus Sacro ordini mancipatus, nisi religionẽ ingressurus valeat vllò modo beneficiũ, vel officium Ecclesiasticũ resignare, nisi aliud ei sit, quo in vita possit, eomodò sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctioribus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Cuius autem Episcopi, & alij prædicti, iteque oēs electores, præsentatores, & patroni tã Ecclesiastici, quam laici

quicunque sint, ne verbo quidẽ aut nutu, vel sig. 30. tunc in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designantibus, aut de his assumendis promisso inter eos, vel et intentione qualiscunque intercedat, Præcipimus insuper & interdiciamus, ne ipsi Episcopi aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, et per fallacẽ circuitũ multiplicaturũ in extraneos collationum audeant providere, quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formã prædictorũ fuerit a quocunque temere attemptatũ, id totũ ex nunc vires, & effectũ decernimus non habere. Qui verò contra fecerint, vt in eo in quo deliquerint, puniantur, a beneficiorũ, & officiorũ collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, pro vt cuique cõpetierit, tã diu suspensi remaneant, donec remissione à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis penis volumus subiacerẽ nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituire ausi fuerint, ex cõdicationis sententiã ipso facto promulgamus, quibus nullus alius quã ipse Romanus Pontifex siue absolutiois, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire, Constitutio autem Innocentij Papæ III. cuius hic mētio fit, habetur in cap. Nisi cum priuilegio de renunciat. vbi sex causas assignat ex quibus Episcopi petere, & Papa consuevit concedere cedendi licentiam, & sunt ista: *Conscientia criminis; Debilitas corporis; Defectus scientiæ; Malitia plebis; Graue scandalum; Irregularitasque persona.* Quas causas omnes præfatus Innocentius Pontifex ibidem latius explicat. Quæ sex causæ his verbis comprehendipossunt:

Debilis ignarus, male conscius, irregularis,

Quem mala plebs odit, dant scandala, cedere possit.

De huiusmodi autem fallaci circuitu multiplicaturũ collationũ in extraneos, quæ Papa Pius V. vbi supra prohibet extat Bulla Innocentij Papæ V. III. quæ incipit, *Sicut bonus pastor*, edita anno Dñice incarnationis millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, quinto Calendas octobris Pontificatus sui anno octauo, & est Cõstit. 13. eiusdem ordine.

De Suspens. contra iudices Ecclesiasticos, religiosos, & Capitula, seu conuentus in iure laici. Cap. VIII.

SUMMARIVM.

- 1 *Iudices Ecclesiastici sententiam excommunicationis sine debita iuris monitione ferentes ab ingressu Ecclesie per mensem suspensi sunt.*
- 2 *Iudices Ecclesiastici censuram aliquam sine scriptis, aut sine cause expressione ferentes ab ingressu Ecclesie, & ab officijs diuinis per mensem sunt suspensi.*
- 3 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus contra iustitiam, vel conscientiam parvi litiganti iniuriam faciens per annum ab executione officij est suspensus.*
- 4 *Iudices conseruatores sedis Apostolice scienter se intromittentes in cognitione aliarum causarum, quæ de manifestis iniurijs, per annum ab officio suspensi sunt.*
- 5 *Abbas subditis suis laicis consueuam, aut minores conferens aut literas dimissorias concedens, ab officio, & beneficio per annum ipso iure est suspensus.*
- 6 *Abbas, aut Prior supra se Abbatem non habens in ordine monachorum nigrorum in habitu, & pertinentibus ad honestatem vestitus delinquens, per annum à beneficiorum collatione est suspensus.*
- 7 *Monachi inferiores nigri, in vestitu delinquentes ab omni administratione per annum suspensi sunt.*
- 8 *Abbas, aut Prior ordinis S. Benedicti venationi, aut occupationi etiam rose interessentes à collatione beneficiorum per biennium suspensi sunt.*